


De sacramento corporis & sanguinis Christi ¹⁰⁰⁰ doctrina

- 1 In sacramento corporis & sanguinis Christi, sicut et in baptismo quod externa, & symbolica actione attingit: omnino sacramentalia sunt: et sacramentaliter intelligenda: quod vero rem ipsam, scilicet panis & vini sunt sacramenta, docent omnia sermone Chrysostomi, spiritualia (verba) sunt et spiritualiter capienda.
- 2 Nullam miraculosam operationem, symbolice panis ac vini, (etiam Augustinus asserere testatur) Itaque sacramentum transsubstantiationis non inane modo, sed suppositivum est, ac detestandum. Res externa, panis ac vinum, suam retinent naturam et essentiam, non solum ante, sed et intra et post mysterii actionem.
- 3 Nulla est corporalis presentia aut localis inclusio corporis & sanguinis Christi in panem, sed quod hanc docent Catholica fide credendum, et cum Augustino asserendum, Christum Testatorum ac servatorem nostrum, ut verum hominem ascendisse in celos, illique secundum veri corporis modum uno aliquo loco contineri, et ob hanc causam, arguam omnipotentis dei ad exhibendum regni corporalem Christi presentiam in pane, pro suis impertinenter addidit.
Deinde et voces illae, in pane, sub pane, sub spe panis, corporaliter, ac si quid aliud est eiusmodi, aliene sunt, a vera sacramenti huius sententia, dantque magnum tantum suppositivum, et vixarum fontem.
- 4 Nec quia mysterii huius, redemptionis videlicet, remissionis huius ac remissionis peccatorum sacramentali signo ac usui alligari debet, sed libera ac sola fide, sine extra sacramenti usum a veris fidelibus percipi.
- 5 Manducatio corporis Christi, quod externum signum attingit, sacramentalis est, ac in motu vel sentibus hominis, quod vero rem, ipsam, id est Christum, cibum vitae aeternae continent: spiritualis est, ac solius fidei, ideoque veris duntaxat fidelibus hominibus. Unde illud Augustini est quod paras dentem & ventrem? velle & manducasti.



fides illa, qua sola carne & sanguine Christi vere & ad vitam
aeternam comedimus ac bibimus (non est qua secundum Papistam
suppositione creditur. sed opinetur aliquis, vel sub pane, vel sub
specie panis & vini, cogit. Presentia miraculosa et localiter
contineri corpus ac sanguinem Christi, sed qua veris fidelis
firmissime creditur, Christum, Jesum filium Dei, pro redemptione
humani generis venisse in hunc mundum, sequi ipsum Deo
patri, hostiam reconciliationis in cruce semel obtulisse,
mundumque illi reconciliasse, et huius se quoque gratia non
dubitet factum esse participem. &c.

Hec enim ob rem exprimere volui. ut quae in Commentariis
meis super Mattheum in materia Ecce Dominus de duplici
signorum quoque, de exhibitione corporis & sanguinis Christi
scripsi. propter eos deturbarerent, qui verbis meis inconsiderate
rationis intenti, mente meam non observant, ideoque
supradictas aliquas absurdas opiniones ex illis asserere
et confirmare nituntur, quos optatum prorsus ea lege
quae de sacramentalibus ac mysticis rebus, sacramentalibus
et mysticis scribitur, ne proprie dici poterent, quae
symbolica locutione, sacris scripturis non infecta dixerent.
Nihil enim Ciceroni et Augustinus admonuit, similiter
et signa verum et rebus ipsis (et quae figurata dicuntur)
quae proprie dicta amplecti.

Wolfgangus Müllner

